Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26001
Copyright: Admont, Benediktinerstift

christum. sicut quidam illorum temptauerunt sub
audiendum moysen qui christi figuram gerebat. uel
etiam ipsum christum temptauerunt qui erat in
moyse. sicut ipse moyses dicit. nos quid
sumus? non contra nos est murmur uestrum.
sed contra deum. Christus enim qui est uerbum
patris. ipse erat in moyse et ipse loquebatur
per eum. Et quando temptabant moysen. et
quando murmurabant contra illum. contra
dominum murmurabant. Sed quid contigit illis?
Perierunt a serpentibus ignitis qui utrumque
faciebant et mordebant et mordendo quoque
uenenum infundebant. Reducit ergo apostolus talia
ad memoriam et commonet ne nos in eadem
causa tradamur diabolo. cuius figuram serpen
tes habent. Neque murmuraueritis subau
diendum contra dominum. nec contra prelatos et recto
res. sicut quidam illorum murmurauerunt.
dathan uidelicet et abiron sociique eorum.
contra moysen et aaron et perierunt ab
exterminatore deo uel igne. Dathan uero
et abyron cum omni domo sua extermina
ti sunt de superficie terre a deo. quia precipi
ente deo uiuos deglutiuit eos terra. fuerunt
que ante sepulti quam mortui. quo sicut scrip
tura narrat. uiui descenderunt in infer
num. Socii uero illorum qui in ipsa conspiratione
similes extiterunt. ab igne celesti exter
minati sunt. Murmurari autem est plerumque
falso adinuicem de prepositis et rec[to]
ribus queri atque causari. Plerumque etiam solet
et murmur fieri iusta ex causa. quando
prelati non simpliciter recteque erga subiectos
incedunt. Tamen quocumque modo nascitur

et fiat malum est. et ue illi quo excitante
peruenit. utrum sit prelatus an subiectus.
Dicit enim beatus augustinus. Quia in
nulla alia causa ita offenderunt dominum
iudei in heremo. sicut in murmuratione
quo semper murmuratores extiterant.
Quapropter cauendum est omnimodo ab huius
cemodi uitio ne similia nobis eueniant.
Hec autem omnia supradicta de serpenti
bus et de igne qui eos deuorauit. in figura
contingebant illis. Uideamus quomodo
serpentes igniti. quibus illi traditi sunt
in figura fuerunt. et serpens eneus qui
suspensus est a moyse in ligno. quem qui
aspiciebant sanabantur. Serpentes illi
qui mordendo uenenum infundebant. de
mones significant. qui suggerendo nobis
uenenum mortifere delectationis infun
dunt. Quibus etiam tradimur si serpentem
eneum in ligno pendentem non aspicimus.
id est christum. Serpens eneus qui similitu
dinem serpentis habebat sed tamen uene
num non habebat. quem qui aspiciebant mortem
temporalem a morsibus serpentium euade
bant. christum significat sicut ipse dixit. Sicut
moyses exaltauit serpentem in deserto. ita
exaltari oportet filium hominis. ut omnis
qui credit in eum non pereat. Similitudinem
ergo serpentis habuit ille serpens. sed uene
no caruit. quia christus similitudinem quidem
carnis peccati habuit. sed peccati uenenum
non habuit. Propter quod eneus fuit. significat
eternitatem christi. quia est durabile [?]
Suspenditur [?] in ligno. et a pe[illegible]